Fragmentarium

tiatae iam fruges. & adhuc stan
tes in stipula. concrematae sunt,
In tantum ut uineas quoq; & oliueta
flamma consumeret, Dixeruntq;
philisthim, Quis fecit hanc rem;
Quib; dictum est. samson gener
thamnathei, Quia tulit uxorem
eius & alteri tradidit. haec opera
tus est, Ascenderuntq; philisthim.
& conbuserunt tam mulierem quam
patrem eius, Quib; ait samson,
Licet haec feceritis. tamen adhuc
ex uob; expetam ultionem. & tunc quie
scam, Percussitq; eos ingenti pla
ga. ita ut stupentes suram femori
inponerent, Et descendens. habi
tauit in spelunca petre etham,
Igitur ascendentes philisthiim in terra
iuda. castra metati sunt. & in loco
qui postea uocatus est Lehi. id est
maxilla. eorum fusus est exercitus,
Dixeruntq; ad eos de tribu iuda. cur
ascendistis aduersum nos; Qui respon
derunt, Ut ligemus samson ueni
mus. & reddamus ei quae in nos opera
tus est, Descenderunt ergo tria milia
uirorum de iuda. ad specum silicis
aetham, Dixeruntq; ad samson,
Nescis quod philisthiim imperent nobis.
quare hoc facere uoluisti; Quib; ille
ait, Sicut fecerunt mihi. feci eis,
Ligare inquiunt te uenimus. & tra
dere in manus philistinorum, Iurate
respondit mihi. quod non me occidatis;
Dixerunt. non occidimus, sed uinctum
tradimus, Ligaueruntq; duob;
nouis funibus. & tulerunt de petra
etham, Qui cum uenisset ad locum
maxillae. & philisthiim uociferan
tes occurrissent ei, Inruit spiritus domini
in eum. & sic solent ad odorem ignis
ligna consumi. ita & uincula quib;
ligatus erat dissipata sunt & so
luta, Inuentamq; maxillam. id est
mandibulam asini quae iacebat
arripiens. interfecit in ea mille ui
ros. & ait, In maxilla asini. in man
dibula pulli asinorum deleui eos.
& percussi mille uiros, Cumq; haec
canens uerba conplesset. pro ie
cit mandibulam de manu, Voca
uitq; nomen loci illius ramath
lei. quod interpretatur eleuatio
maxillae, Sitiensq; ualde. clama
uit ad dominum. & ait, Tu dedisti in ma
nu serui tui salutem hanc maxi
mam atq; uictoriam. & en siti
morior. incidamq; in manus in
circumcisorum, Aperuit itaq; dominus
molarem dentem in maxilla asini.
& egressae sunt ex eo aquae; Quib;
haustis. refocilauit spiritum & uires
recepit, Idcirco appellatum est
nomen loci illius. fons inuocantis
de maxilla. usq; in presentem diem,
Iudicauitq; israhel in dieb; philisthiim.
uiginti annis, Abiit quoq; in ga
zam. & uidit ibi meretricem muli
erem. ingressusq; est ad eam, Quod
cum audissent philisthiim. & per

Jdc 16,2

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 19v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73654)